


Questionum

THEOLOGICARVM QVAESTI-
ORVM Liber quartus. De voluptatis para-
diso, & exilio prothoplastorum.



N nullus sit sub celo humano fœlicitatis locus: q⁴ vocetur paradisus voluptatis ac deliciarum? De paradyso id est loco voluptratis ac deliciarū: inter plērosq^e, varia est alteratio. Nam nonnullis placet, ea quæ de paradyso a sacris eloquii prædicantur: haud iuxta litterā intelligenda esse, sed duntaxat in spiritalem sensum cōnuertenda. Hī etemī negant sub celo vera citer ac sensibiliter esse: huiusmodi: qua de intendimus: paradysum. Alii vero secundū litterę prædictionē: corporaliter sub cēlis, esse paradysum volunt. Primam opinionem, nolumus irrationalem esse: nisi quatenus paradysum sub celo esse insiciatur. Nam quacunq^e cælestis ambitus intra se concludit: signa quadam sunt veriorum entium, quæ ambitum celi transcendunt. Secūda vero opinio, nequaq^e irrationabilis est: qnimo priore, pluribus de causis rationabilior.

2. Est ne hīc voluptatis ac deliciarum locus nostræ habitabili terræ sensibiliter coniunctus continuus & vñus?

Est. Nam propterea terrestris paradysus a plērisq^e nūcupatur: q^e illius fundamenta, haud sint animata atq^e separata ab reliquo orbe terrarū. Ager enim ortusve paradysi solidus est, sensibilis, corporeus, humanis pedibus plantisve suffulciendis aptus nostræ huic habitabili terra: veraciter cōiunctus, continuus & vñus. Omne etenim solidum corpus quod sub celo est: in communitera mole: appenditur, figitur, libratur.

3. An terra paradysisit ab hac terra: quā incolunt mortales specie diuersa?

Nequaq^e. omnīs enī terra, quæ sub celo est: vna est specie & vñus elementi natura. Si autem ter-

Theologicarum

ra paradisi, differret specie a nostra habitabili terra: aut hæc nō esset sub celo: aut certe ab hac quā incolimus: esset reali interstitio separatā. Nam diuersæ species: mutuam agglutinationem, continuitatem & vnitatem suapte natura refugunt.

Quoadusq^e differt terra paradyssi a terra communi?

Conuenit terra paradyssi cum terra communi: imprimis substantia ac specie. Deinde & in plati-
q^e qualitatibus: vt gravitate, sensibilitate, solidi-
tate, pondere & plērisq^e huiusmodi. Nempe cor-
poreæ, visibiles & materiales ambæ. Differunt aut
& platiq^e accidentibus: vt altitudine, puritate,
preciositate incorruptibilitate. Nam hæ qualita-
tes cum nostræ terre nō adsint: paradysicā terrā
lōge illustre, & a cūctis experibilē reddunt.

Quæ est præcipua qualitas: qua terra paradyssi cōmunem terrā vñcit?

Naturalis omnium, quæ ad humanam salutem expetuntur fecunditas. Offert em̄ ea vltro paradysus: quæ humana qualiscunq^e industria in-
genti labore ac sudore vix a cōmuni terræ gre-
mio extorquet. Vltrenea vbertate ac fecundi-
tate: ager vñrit paradysi. Communis autem ter-
ra, duntaxat crebro vomere sulcata: vix hominē
agnoscens, illi quæ necessaria sunt inuita pfert.

In qua p̄fertim mundi parte: est hic deliciarum paradysus?

Conūcere licet in oriente, potius q^e in alia qua-
uis mundi plaga: idq^e tribus argumentis. Nam
aboriente lux spargitur in mundum: a quo etiā
& motus inchoat vniuersi. Deinde & cuncti pe-
ne fluuij, ab ortu in occasum ferri conspicuntur.
quasi orientes in ortu: & occumbentes in occasu.
Postremo q^e etiam pars mundi p̄ior, preciosior
ampliorisq^e virtutis: est orientalis plaga. Id enim
indicit onine sensibilium rerum genus: vt mine-
ralium vegetabilium & animalium.

Cur quæ in oriente gignuntur sensi-
bilia entia: his p̄stant: quæ ceteræ mū-
di gignunt plage?

Quia orientalis regio, cū ut p̄pior paradyso: tū ve-
lut dextrū mūdi: magis ipsas paradysi qualitates

Liber. IIII.

Fo.XXI.

emulatur: in hisque cæteras mundi partes vincit. Id quippe in omni ut diximus sensibilius rerum gradu experiri liber. Nam orientales Margaritæ magnitudine, colore, integritate, puritate, preciositate, pulchritudine, virtute, seu bona & salubræ qualitate occidentales transiliunt. Id & vegetabilia faciunt. Id quoque & animalia: quod gradiora & longe fortiora in oriente, quod in ceteris mundi plagis visuntur.

8 Cum terra: spherice sit figura: quo pacto contingit in ea esse paradisum: omnium reliqua terræ portione eminenter? Mundus & cuncta quod ad mundi integratatem spectant corpora: ut caeli & elementa quod maiora nuncupamus entia: natura sphericâ sibi rotundaque figurâ vendicant. Hac & ipsi caeli incommutabilem seruat. Attamen propter minora entia, quod in quatuor elementis vivunt: naturalis suæ figura inaequilitate, ipsa elementa precipue terra & aqua, perpetuiunt. Hinc enim congregatæ sunt adeo aquæ in loco vnu: ut appareret arida. Hinc valles montesque, in terra exorti sunt. In excelsissima igit terreni orbis parte: dice esse paradisum.

9 Cur cois terra quam incolunt mortales: vallis miseria: a cunctis appellatur? Id fit collatione paradisi. Nam sicut paradisus dici potest mons humanæ felicitatis: ita & cetera terra, quod mortaliū hominū genus vehit aliquid: tamen paradisiaco monti subiecta, merito vallis humanae miseria appellat. Vallis enim est: quia lôge inferior monte paradisi. Et miseria loci: quia assiduo labore hominem, quâdiu vivit exercet: demumque illam morte prescriptum, a suo excuriens gremio: ut peregrinum & alienigenam & vehere & alere recusat.

10 Cur eadem communis terra: hominis exilium & peregrinatio nuncupatur? Id etiam accidit comparatione paradisi. Nam si paradisus patria est hominis: qua homo si minime excidisset: natu erat immortalitate ac sensibili felicitate præstus: haud ab re cois hec terra in qua post peccatum exultatum missus est: hominus & exilium & peregrinatio nuncupatur. Non enim iuxta apostolum habemus in hoc mundo, ciuitatem permanet, sed futuram inquirimus. Hoc est autem ea quod predidimus: aut ea meliora, recuperare natinmur ac speramus,

11 Cum humana felicitas non sit in voluptate sita: immo vero voluptas oblitus plerumque felicitati: cur humanæ felicitatis locus dicitur paradisus voluptatis? Haud ois voluptas oblitus felicitati: sed corporea sola quod imputat virtus. Spiritualis autem voluptas, & virtus est & annexa est felicitati. Perfecta autem & integra hois felicitas: haud est in aia sola neque in solo corpore: sed in utriusque partis, optimo statu. Erat autem integer perfectusque hois (in utraq. sui parte) status futurus in paradyso & in loco deliciarum: qui tam spiritualiter quod corpoream alimoniam: homini, ut vere alumno totiusque naturæ filio: ultro peribueret.

12 An factus sit Adam in paradyso et limo paradysi?

Minime ut fere omnibus placet. Nam terra paradysi, quod specie eadem cum terra coi: haud est tamen subiecta, sensibilius rerum nouitatibus: hoc est ortui & occasui earundem. Immitat enim paradyso, spiritualiter potius rerum iugum statum: eodemque semper modo se habetem immutabilitatem: quod sensibilius & inferiorum demutacionem assiduum.

13 Vbi factus est & creatus Adam?

Si extra paradysum, ut fere omnes volunt: manifestum est quod in terra coi: & ex limo terræ eiusdem. Iacet enim non nullis, nescio qua ratione aut auctoritate nientibus: Adam in damasco Syriæ agro percutiuitus fuisse. Id autem magis diuinâ sola reuelatione: quod humana ratione discendum.

14 An communis terræ limus: ex quo factus est Adam: fuerit ab initio corruptus?

Nequaquam. Nam non modo tellus paradysi: sed & cois terra, extitit ab initio suæ creatiois virgo, pura, mundata, incorrupta. Etenim simplex creatio: omnia in sua puritate produxit, sincera & incorrupta. Per peccatum vero in varias mundi partes ut in eleminta & minora entia: corruptio introiuit. Ex puro igit & corruptio cois terræ limo: Adam substantiam accepit.

15 Cur non eo in loco creatus est Adam: in quo permansurus erat si non excidisset & felicitate potitus: ut in paradyso?

Questionum

Scriptū est. Tulit deus hominē quē fecerat: & posuit eum in paradiſo voluptatis. Hęc verba indicāt, creatū fuīſe Adam extra paradiſum: Ac deinceps subiectū a deo deportatumq; i paradiſū. Id autē ostendit hominēm: haud statim ab initio suā creationis esse perfectum: vt pote q; creat⁹ est in īmo: & perfici natus est in summo.

16 Quid nobis exprimit Adæ in paradiſum a deo subiectio & deportatio?

Id quod iā in præcedēte diximus: scilicet alii esse gradū creationis humanae. Aliū vero pfectiōis eiusdem. Nā creatus homo in īmo: perficiendus est in cælo. Hactenus em̄ differt homo ab angelis: q; hī in quo creati sunt gradu & loco: in eo & beatitudine ab initio effecti sunt: quippe a sua creatione perfecti. Hominū autē gen⁹: creationē accipit in tenebris: demū in luce perficiendū: & ad eius contemplationem postea subiectū.

17 An paradiſus aliquo careat elementorum?

Nullo. Nam paradiſus & si non humanę creationis: humanę tñ salutis & cōseruationis est regio. Ad humani autē corporis salutem: quattuor elementa expetuntur. Nullo itaq; quattuor elementorum, caret paradiſus. Ibi est terra & ager ipsius paradiſi. Ibi aqua: nā fluuius in paradiſo securiens: q; inde egressus, in quattuor capita diuidit. Ibi etiā purissimus aer & innocuus ignis.

18 An quattuor elemēta in paradiſo: nullam habeant contrarietatem: sicut in regione cōmuniſ habitabilis terræ?

Cum elementa huius mūdi sint eiusdem speciei cum elementis paradiſi: necesse est his sicut & illis naturalem contrarietatem inesse: sed a corruptione & pugna alienā: ad harmoniam itē & concordiam redactā. Nā regio paradiſi, regio est pacis & immortalitatis: a qua procul est omnis pugna contrariotū. Ibi elementa sunt præsentibus elementis puriora: & remissis temperatisve acuminib; vsc̄ adeo concordi pace inuicem commixta atq; alligata: vt humanę congruant immortalitatē: nullius egrimonie aut contrarię passionis vim: humano corpusculo, inferre nata.

Theologicarum

19 Quo præcipue argumento: voluptatis paradiſum: sub cælo esse: nostrę habitabili terræ coniunctam atq; adunitā: conūcere liceat?

Argumento rationalis animæ. Nam qualitates rationalis animæ: sunt ut qualitates & proprietas paradiſi. Sola quippe rationalis anima, ex omnibus naturalib; formis: & immortalis est & imago seu thalam⁹ dei: quæ quāq; tam perfecta sit & emulatrix summi dei: est tamē vilissimæ entium portioni ut materie addicta, coniuncta, alligata. Quapropter quī negauerit esse in terra, siue sub cælo paradiſum voluptatis id est immortalitatis locum: is profecto esse in materia, aliquā immortalē animā inficiatur.

20 Quo pacto ex natura & ordine sensibilium actuum: colligitur esse voluptatis paradiſus?

Nam sensibiles act⁹, dispartimur in quattuor: in substantiuum, vitalē, sensitiuū, rationalē: quoruū primi tres: subiiciuntur parentib; suprmo. Ad hāc igitur speciem: telluream quoq; regionē ipmve terrę orbem quadripartito diuide: īmā terrae portionem, tribuens his quæ sunt. Nā in īmo & profundō, mineralia frigore cōcrescent. Sequētēt vero viventibus ut plantis: tertiam, mutis animalibus. Quartam supremamq; dic esse hominum propriam. Et hanc eandem (quippe humano immortali actui parem atq; respōdentem) voca: quam vestigam⁹: paradiſum deliciarū.

Sensibiles actus quaterni.



Terra in quattuor distributa.

Liber. IIII.

21 Quæ est horum quattuor communis terræ:paradisi: materię & humani act⁹ mutua habitudo?

Hæc est: q̄ eo fere modo se habet communis hęc terra, ad voluptatis paradisi: quo & materia ad humanū actū. Apex enim cōmuniſ huius terræ: est paradisi. Culmē vero materia, hūanū act⁹. Hac tenus cōmuniſ terra, beata sit: qua paradisi fulcit illiq̄y tūfundentū subest. Humanus par̄ter actus, beatitudo est & perfectio materię: q̄ cū nullo actu, q̄ cum humano: nata est cælesti claritate & immortalitate donari. In nulla siquidē materiae portione q̄ in humano corpore: deus habere dignatur.

22 Quod incommodū sequatur illos: qui negant sub cœlo esse voluptatis paradisi sum:

Incommodū: quod prius recensuimus: scilicet nullum esse immortalem actum sub cœlo: addictum natura atq; alligatum materiae. Qui enim perferre nouerit & rationalis anima proprietates & vinculum eiusdem cum materia (quaq; abiectissima etiū portione) noscet & paradisi proprias & eius vinculum cum nostra habitabili terra: q̄q; despecta & abiecta: nequaq; inficias ibit. Nā sicut rationalis anima, expressio est diuinę imaginis in materia: ita & paradisi signū quoddā est super cœlestium voluptatum: sensibiliter cōmuniſ terre sub cœlis impressum.

23 An per angelicū actum eliciatur substantia paradisi sublunaris?

Minime: Nam angelicus actus nullum habet cū materia consortium. Is enim creatus est purus: & a materiali vniōne alienus. Quo aut modo creatus est: ita & iugiter natus est permanere. Creat⁹ est extra & supra captum, cœlestium orbium. Is legitur sub luna, nullam naturalem habet mansio nem: nec propter eundem, plātata est a deo in suprema terræ regione, ea paradisi, qua de inten dimus. Illius quippe supercœlestis mansio: terrena habitatione sublimior.

24 Quid nos edocent duorum immorta lium actuum angelici atq; humani: lucida signacula?

Fo. XXII.

Duplicem esse dei mansionem: Geminam definie esse paradisum. Nam diuina lux ac sapientia: dum taxat in immortalibus actibus (vt preparatis a se mundissimis domiciliis) habitare dignantur. Nullus enim trium inferiorum actuum, vt sensitiui vitalis & substantiui: diuinū fulgoris & sapientiae particeps fit. Et rursus utriq; immortalis actui: deus propriam deputauit paradisum vt naturalem suę immortalitatis & beatitudinis sedem.

25 Quo pacto differt vera paradisus angelorum: ab hominum paradiſo?

Quemadmodum & angelicus act⁹ ab humano: Qua enim excellentia, vincit angelicus act⁹ humānum: par̄ter eminentia angelorū paradisi, hominum excellit paradisum. Angelorum enī paradisi, abiunctus est a terra nostra: quemadmodum & angelicus actus, a materiae contubernio comperitur alienus. Vtriusq; em̄ paradisi hoc est & supercœlestis & sublunarī proprietas: iuxta natūram & proprietatem suorum actuum (quorū gratia sunt) adēquata intelligatur.

26 An natus sit homo in angelorum paradiſum: fœlicitatis gratia deportari?

Magis natus est hō, in angelorum paradisum deportari: q̄ angeli in humana paradiſo cōmorari. Magis quoq; p̄prium est rationali anima (q̄q; appetenti esse in materia) vt abiūgatur a materiae vinculis: q̄ angelico actui, nubere & alligari mate rie: Ordinati⁹ insuper & naturali seriei cōpeteti⁹ vt imperfecta perficiant, q̄ vt pfecta, imperfectis coequantur. Magis p̄prium est inferiorib⁹, ascensus: q̄ superioribus descensus. Itaq; incommodum nō sit, in supercœlestem paradisum: hominū genus esse conuehendum: ibiq; immortalitate & éterna requie potiturum.

27 An si non peccasset Adam: alia quadā ex causa: in paradiſo mortem obiisset?

Nequaq;. Nam in ea regione manebat: in qua nulla lis, discordia, pugna & contrarietas elemētorum: ullam illi egrimoniae vim aut morbi causam intulisset. Omnis quippe corporeus morbus ex dissidentia clementorum seu distemperatis eorum acuminibus, quibus ab inūcē corrupunt;

Questionum

exoritur. Et enim interior humani corporis harmonia & pax: vna cum exteriore elementorum harmonia paceq; aut saluatur aut interit. Et esto fateamur Adam in paradiso naturali actioē elementoruū resoluta & emori potuisse: atramē aut eū ligni vitæ aut alia quauis dei virtute a morte preservatus: immortalitatem seruasset,

- 28 Qualiter Adam in paradiso: & mortalis erat & immortalis?

Mortalis erat id est potens mori. Et immortalis hoc est potens non mori. Potuit enim cadere: potuit etiam non cadere: ut pote qui in manu liberti arbitrii positus erat & relictus ab initio. Si enim diuinis iussionib; paruisset: fuisse utique a morte alieno: pseuerans in naturali immortalitate, in qua creatus fuerat. Mors autem per peccatum inuicta: eum qui poterat mori, ad iterum perduxit mortalemque esse, ex ipso effectu edocuit.

- 29 Cur vetuit deus: ne e solo scientia boni & malii ligno ederent prothoplasti?

Quia angelis quibus innata & concreata fuerat vniuersorum scientia: iam per ipsum scientiam peccauerant: & a suo principatu ac naturali felicitate exciderant. Nam volentes fieri egales deo (tanquam quod dicitur, seipso omnia nosse presumebat) in insipientia, ex sapientibus corruerunt. Humanę igitur & salutem & felicitati cōsulens deus: statuerat sanxeratque salutifero precepto, ut nondum humani adaperirent oculi: quoad humana substantia ex confirmatione diuina: a deo diuelli, amoueri ac separari non posset.

- 30 Vnde oritur emergitque superbia: primū & radicale mundi malū?

Ex scientia primū: deinde ex amore sui. Malū siquidem angelī, qui natura deum & semetipsos novarent: qui & diuinā claritatē & diuina in seipso munera, speculari potuere: seipso plusque deū improbe amauerūt. Atque hic inordinatus improbus amor sui: ex praevia sui agnitione pependit. Sicut enim scientia, ut plurimum annexa est superbia & vanamentis elatio: ita & ignorantia sui: coniuncta plerūque humilitas & abiectio sui reperit.

- 31 Quo pacto per ignorantia sui: cōsulere in primis voluit deus humanę salutem:

Theologicarum

ne malorum angelorum imitatione a suo bono excideret?

Quia ut precedes edocuit: plerisque scientia & agnitione sui, comitare superbiam. Ideo voluit deus pignorantiā sui: humanę cōsulere salutem: non equidem per aeternā iugemque sui ignorantiae. Nam frustra creasset deus hominem: si illū sub eū terrena ignorantia nube, cōtineri voluisse: sed statuerat haud prius humanos adaperire oculos: quod humanā substantiam virtute propria: in bono & incōuertibili statu confirmasset, stabilisset, fixisset.

- 32 An nullus humanae confirmationi & in conuertibili a bono statui: positus fuerit a deo terminus?

Sicut non eodem instanti creati sunt angelii & confirmati in bono: ita nec momero eodem creati est homo & confirmatus fuit in statu boni. Posuerat deus aliquod instantis confirmationis angelorum: diversum ab instanti creationis ipsorum. Definierat quoque tempus humanę immutabilitatis: aliud ab hora creationis humanae. Ceterum quemadmodum mali angelii, an suę confirmationis tempus exciderunt: ita & prothoplasti, priusque incōuertibilis essent efficii peccauerunt: videre & scire volentes: an praescriptū sibi a deo tempus.

- 33 An per seipsum peccauerit homo in paradiso?

Nequaquam: sed suggestio aliena, hoc est sua sualii angelii: qui prius in celo peccauerat: & e celesti patria, in hunc mundum corruerat. Hic enim inuidens humanę felicitati: simplices & incautos prothoplastos in paradiso elusit: diuinaspissimissiones spe diuinæ cuiusdam consequendes sortis, transgredivit suasit. Primum namque & radicale vniuersi malum, in angelica mente ortum: in hominis usque mente infelices ramos propagauit.

- 34 An inuitus homo peccauerit an vero voluntarie?

Voluntarie. Nam si inuitus peccasset, haud quaque illi noxa & culpa: merito imputaret. Vltro autem peccauit: ut pote qui & diuinis iussionibus parere: & maligni suggestionibus obfistere potuit. Pollebat enim libero arbitrio ab initio. Sed

Liber. IIII.

Fo. XXIII.

circundatus carnis infirmitate; tenebris potiusq; luci, consentire & adhucere maluit.

35 An humana prevaricatio nequaq; dia bolo vt eius authori imputetur?

Immo. Nam omne peccatum: deriuatu est a primo: quod in angelica mente per se: nullius hortatu aut suggestione apparuit. Omne igitur secundum peccatum, siue originis siue voluntatis, siue angeloru siue hominu: haud ab re primo apostasia: duci: tanq; omniu malorū excogitatori & auctorī, venit imputandū.

36 Quib⁹ signis atq; indiciis: humanum peccatum: angeloru peccato: leuius esse perpenditur?

Quia humanum peccatum est secundū & deriuatum: non primum. Quia item nō per se, sed diabolica fraude illusus homo: diuinis preceptis parere recusauit. Quia rursum homo, nōdū erat apertis oculis: sciens bonum & malum: sicuti angelus ab initio. Quia demum circundatus infirmitate carnis: & allectus per visum, veriti ligni deletione & pulchritudine. Hec quattuor indicia humanum peccatum, angelica noxa multo leuis esse conuincunt atq; coarguunt.

37 Cur angelorum peccatu fuit irremissibile & indignū venia?

Quia fuerunt iuxta scripturā, in scientia hoc est apertis mentis oculis peccantes: quia etiam deo creati propiores ac similliores: quia carnis infirmitate carentes: & natura fortiores vt peccato & malo obfisteret: quia postremo primi, soli & per se peccauerunt: nullius suggestione, fraude & hortatu induci: vt malicie manus darēt suumque re linquerent principatiū.

38 An fuerit humanum peccatum: superbia aut potius gula?

Superbia fuit, non gula. Nam qui hortatus est prothoplastos: vt diuinis iussionibus, nequaq; obtemperarent, sed de verito ederent ligno: haudquaq; illis ipsis ligni dulcedinē, saporem & voluptatem sed deorum potius similitudinem & aequalitatē exposuit. Dixit enī: quacūq; hora comederitis ex eo: eritis sicut dii, scientes bonū & malū. Hec igitur diabolica spōsio & inanis prothoplastorū spes: ma-

nifeste ad superbiam potiusq; ad gulā attinere pba.

39 Cum humanum peccatum fuerit angelico simile: quo pacto non eidem fuit par & aequalis?

Angeloru seu demonū peccatum fuit superbia: nō aut (vt volueret nōnulli) luxuria. Humana vero transgressio: fuit itē superbia, non gula. Ambo itaq; pētā similia ciudēq; speciei fuere: non tñ equalia. Nā diximus angeloru peccatum, extitisse grauius & venia indignū: vt pote primū fontanūq; mūdi malū. Humanū aut pētū esse leuius: cū ab angelico effluxerit: Consonat igit̄ vtraq; pētā qualitate: dissidēt autem quantitate.

40 Cur statim post esum ligni scientię boni & malii & malii: apti sūt oculi amborū cognoveruntq; se esse nudos?

Qz cōfestim post esum ligni scientię boni & malii cognoverit prothoplasti, se nudos esse: sintq; eorum oculi adapti: id spectat ad natuā hoī ignoratiā, qua hoī ab angelo differre sēpī docuim⁹. Nā ab initio creatiōis suę: apti sunt spiritalē oclī angeloru eratq; scientes bonū & malū. Hō autē creatus est ab initio, cęcīs clausisve spiritualib⁹ suę metis oculi: nequaq; agnoscēs boni & malii discrimen qđ illi patuit primū post diuinorū mandatorum prevaricationem.

41 Cur in serpentis specie: diabolus prothoplastis apparuisse: a sacrī eloquīs figuratur?

Iuste & plurimę causę sunt: qđ pditū dānatūve angelū in serpentis figura, ac specie describāt. s. imundicia, terror oculorū, pestiferū virus lethalisve aflatū, īimo cōuersatio, insidię, latibula &c: qđ certe ras pētit, innata astutia. Hec siquidē cūcē p̄priates: & serpentib⁹ & demonib⁹ cōes̄ insunt. Dāmō quippe immūd⁹ spūs appellat, terrific⁹ est visu, mortis minister, īimo dānat⁹ serpent, insidias clāparat: & innata fraude, hoīem seducere molitur.

42 Quāobrem ad mulierem priusq; ad virū serpens accessit?

Accessit serpens in paradise: nō ad virū primo sed ad mulierem dicens ad illam. Cur p̄cepit vobis deus: vt non ederetis, de ligno scientię boni & malii. Post omnē vero sermonē, tulit mulier

Questionum Theologicarum

de ligno & comedit: deditq; viro suo: q; etiā comedit, & aperti sunt oculi amborū. Hoc em̄ pacto i humanū genū: p infirmorē eius partē: id est per mulierem: peccatū a diabolo irrep̄it. Nā quia pñior est ad malū: mulieris q; viri cōcupiscentia: iō prior ad mulierē, q; ad virū: callid⁹ serpēs accessit.

43 Quo pacto humanum peccatū: motui naturae extiterit contrariū?

Quia peccatū, quedā est naturę iordinatio: ideo humanū quoq; peccatum motui naturae extitit contrarium. Nam motu naturae: vir prior factus: deinde ex viro, pducta mulier. At inordina to motu, cōtrarie peccatū pcessit: quandoqdē id ex muliere (q; prima serpēti paruit) serpsit in virū. Fuit igit̄ mot⁹ pcti: substātiali naturę motui cōtrariū.

44 Quis ordo fuit diuinę interrogatiōnis: arguentis prothoplastos de peccato? Ordo cōtrarius motui pcti. Nā a serpēte, p mulierē, in virū pctm pcessit. Alloquit⁹ est aut̄ de⁹ in primis Adā: deinde mulierē: postremo serpētem. Respōdit enī Adā deo. Mulier quā dediti mihi sociā: dedit mihi de fructu & comedī. Mulier vero cōuicta & interrogata subiūxit. Serpēs seduxit me. Interrogat⁹ aut̄ postremo serpēs obmutuit. Fuit itaq; diuina increpatiō ad prothoplastos: contraria ordinū peccati.

45 Quo ordine: diuina maledictiō: supra prothoplastos incubuit?

Ordine peccati, Increpauit enī de⁹ Adā p̄e omnibus. Postea mulierē. Tertio serpēte. Maledixit autē in primis serpēti, postea mulierē, tertio viro, postremo terre ex q; viri factus fuerat. Dixit enī serpēti, Maledictus eris inter om̄ia animātia terre: supra pect⁹ tuū gradieris: inimicitias ponā inter te & mulierē. Mulierē autē dixit. In dolore paries: & sub viri potestate eris. Viro deniq; hēc locut⁹ est, Pulus es & i puluerē reuerteris. Maledicta terra in opere tuo: cū seueris illā, nō dabit fructus suos.

46 Quid est prothoplastos ante peccatū nudos fuistis: & postea pirozomatis forliorum scip̄os cōuestisſe?

Id spectat ad eam quā sāpe dixim⁹, natuam hominis ignorantiam. Nam vñus e cunctis anima-

tib⁹ homo: procreat⁹ nudus: nec squāma, nec plumis, nec villis carnem coniectus. Hēc enī sūt naturalia operimenta, mutorum animantium: q; a natura soli hominī desunt. Natura hominī, nullius animantis peculiarē invidit proprietatē: dās illi vniuersale artificiū: quo ex omnibus rebus, quam voluerit sibi vestem conficiat: & propriam insuper mētem: ad omniū imitationē sapientē cōponat.

47 An sicut Adam creat⁹ est a deo: extra paradisum: ita & Eua sit educta ex late re Adę: extra paradisum?

Prediximus ex relatu & opinione multotū Adā nequaq; aut in paradiso, aut ex terra paradisi: sed in agro damasceno: ex eiusdem terrae limo a deo procreat⁹. At vero Euam cum ex etiā non nullorū opinione, tum ex sacrorū eloquiorū testi monio: constat nequaq; extra paradisu, sed in paradise ex Adę costa: a deo formatā, originē accessisse. Prīus em̄ in littera habetur: plantauerat domin⁹ de⁹ paradisum voluptatis ab initio: in quo posuit hominē quē formauerat. Et rursum. Tulit ergo dñs de⁹ hominē: & posuit eum in paradise voluptatis, vt custodiret illum. Deinde subiūgit non est bonū hoīem esse solū: faciamus ei adiutoriū simile sibi. Immisitq; dñs deus sopore in Adā, cunq; obdormisset: tulit vnam de costis eius & repleuit carnē pro ea. Et edificauit costā quam tule rat de Adā i mulierē: & adduxit eā ad Adā. Hac ergo persuadent Euā in paradise originē duxisse.

48 An absq; peccato & maledictiōne dei mulier in dolore carnis deinceps peperisset?

Nequaq;. Nā id etiā expressit post peccatū, diuina maledictiō dīcēs. In dolore paries: quasi absq; peccato, minime fuisset in dolore paritura. Id etiā licet experiri in beatissima virgine Maria: quā & originalis peccati macula caruit: & innocentem filium, innocens virgo: absq; vlo carnis dolore & cruciatus, foeliciter enīx tradit⁹ & creditur.

49 An & terra innocentī hominī vltro & nullo vomere sulcata cuncta necessaria protulisset?

Innocens & innocitus homo: fuisset quaternus ac

Liber. IIII.

Fo. XXIIII.

cōla paradisi: cuius vberitatis & virgineus ager: ferrū nec patitur nec eo sulcari vult: sponte enim oīa parit q̄ sīt alūno homīni necessaria. Quare absq̄ cōis terre vſu (quā p̄sentē miseriae vallē dīcū) vera immoraltate p̄frui homo potuisset. Vbi aut̄ in eius exiliū, electi e paradise p̄thoplaſtiruerunt: hēc homīne nequaq̄ vt verū alumnū v̄tve naturae filium agnouit. Sed p̄pria vbera illi clausit & necessaria nīsi coacta tulit.

50 An etiā viri & mulieris īæqualitas aliunde q̄ e peccato amborum prodierit?

Minime. nā & id palā expressit mulieris a deo maledictio. Ad eam quippe post peccatū dictum est Sub viri potestate eris & ipse dominabis tui. Erat enī an peccatum quedā naturalis īæqualitas & in dissociabilis amor, inter virū & mulierē: tanq̄ īter actū & potentia, īter veritatē & integrā imāginem. Hēc aut̄ īæqualitas & mutua pacis cōcordia: peccato īfoeciter soluta īterfuit: pro aequalitate: statuens īter extrema humani generis īæqualitatem.

51 Vnde etiā pependit sp̄ritus & carnis diuīsio atq; discordia: & mutua ambo rum aduersum seiuicem concupiscentia?

Omnis contrarietas, lis, diuīsio arq; discordia: ora est in homīne ex peccato. Vbi enī per peccatū, a diuīna pace atq; vnitate, alienus effectus est homo: cepit mox & diuīdī in seipso, quādāq; suarū partiū experiri cōtrarietate. Aduersus sp̄ritū, illi co cato illecebrosa cōcupiuit. Et aduersus eandē sp̄ritus (colestiū nondū īmemor terri) contra rūis prouidisp̄ motib⁹ agi cepit: q̄ quidē cōtraria studia expectō contigere.

52 Quotuplex post peccatū: contigit ī homine lis atq; diuīsio?

Quadruplex. Prima separatiōis a deo. Secūda vīrū xorisq; dissidētia. Tertia contraria sp̄ūs & carnis studia: & cōcupiscentia ī diuersa rapientes. Quarta corporaliū humanarū vīriū: que rationi obtēperare nat̄e sunt, mutua īordinatio & pu-

gna. Nam per peccatum infirmata humana rātio: non vsquequaq; corporeas vires ad vnitatē sui intendere sufficit. Hēc quattuor dissidia per peccatū experitū homo.

53 Vnde pendet omnis vnitās & concordia?

